

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Manuscripta mathematica - Cod. Durlach 158**

**Lorini, Buonaiuto**

**[S.l.], [16. bis 17. Jahrh.]**

Mvntionvm. Boniadivti lavrini nobilis florentini. Liber primvs

[urn:nbn:de:bsz:31-247278](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-247278)



# Munitionum.

Boni adivsi Laurini nobilis Florentini.

## Liber Primus.

In quo ostenditur facilissimis regulis Scientia, simul cum  
Practica fortificandi, Et declarantur rationes omnium  
partium Arcium, atque munitionum.

### Primorum Principiorum Geometriæ: Cap. primum.

Cum sit geometria, non solum utilis, sed necessaria, prout est fundamentum omnium  
nostrarum operationum: propter hoc nos magnifacere illam debemus, et maxima  
quia medio illius aggredi debemus illud locum, quod proprium est tractandi a  
nobis in sequentibus libris, quando quidem sine tali medio impossibile esset consequi  
nec minus bene intelligi aliqua res. Postea quam etiam Sutores, et exequutores.  
Eumillimarum arcium, necessitati sunt formare, et intelligere lineamenta, quibus de  
bent representare illas superficies, et formas, quas perficere volunt, et quidem ea magis  
ad illas attinet scire, qui cupiunt se ipsos dedicare operationibus realibus, et dignioribus,  
sicut sunt Fortificationes, et munitiones, ubi quibus de conservatione tractata agitur  
Provinciarum, et defensionis populorum, et maxima contra infideles, et barbaras gentes,  
nostras inimicas communes. Propterea quod ab ista scientia pendent clariores et  
faciliores demonstrationes, que fieri occurrunt. Et quod, non solum cum ipsis hominibus  
representare omnes res creatas realiter a natura, sed etiam illas, quas nos non  
nisi, et virtute invenire vellemus, et illis addere, vel subtrahere, et iudicare  
per illarum perfectiones, aut imperfectiones, sicut si reales essent, quod sine tali  
medio impossibile omnino esset, posse docere, nec demonstrare aliqua res in esse suo  
proprio, quemadmodum diffuse in sequentibus dicitur, quando tractabimus de  
designis, quod simul currit cum ipsa scientia, et cum de tali principio nobis  
loquendum sit, ostendemus simul, corpora formata simplicibus lineis, quatenus  
probauerimus posse servire pro intelligentia eorum, que tractanda sunt hoc in pre  
senti libro: quod cum sit hoc principium Materiarum, et naturalium scientiarum, causa  
et ratio principalis perveniendi, ad omnes maiores, et occultiores intelligentias,  
nature. Propter quod, tractabimus sic Ianuum modo de Tribus, id est: puncto, linea  
et superficie.

### Diffinitio. Prima.

Est in primis de Puncto, notabo in A. dico, quod etsi ipse sit principium, et terminus  
omnium linearum, non per hoc comprehenditur in ipso pars aliqua crassitudinis, latitudi  
dinis, aut profunditatis: sed ut res indivisibilis considerari debet: quia non potest ad aliud  
deseruit nisi unum simplicem terminum pro divisionibus, et compositionibus corporum.

### Diffinitio secunda.

Linea est una continua extensio, ab uno puncto ad alterum, et sicut dictum est,  
sine latitudine, sine crassitudine, et sine profunditate: qua circumscribuntur omnes  
figure, que ab Idea formantur: Nec debet in ista considerari aliqua pars Materie.





ant corporis: sed semper ipsam imaginari ut simplex longitudo. B. C. Ita ut  
 nō alio tendat, quam, ut representet formas illas, quas veluerimus facere

Diffinitio Tercia

Linee Parallele, due sunt, aut plures sicut videtur per ~~F. G.~~ per F. D. G. E.  
 equaliter lineate distantes una ab altera: ita ut in infinitum processum facientes:  
 nunquam simul coniungi possint

Diffinitio quarta

Angulus, appellatur illa pars, ubi due linee coniunguntur simul: idest  $\angle$  I. H. H. K  
 quae coniunguntur in H. ubi formant in tali parte Angulum.

Diffinitio quinta

Diversitas angulorum poterit esse tribus modis, idest angulus acutus per L, obtusus  
 siue seles per M. et rectus per N. ubi perpendicularis linea, facit angulum rectum  
 N. N. et acutus L. erit minor recti, et obtusus siue seles M. maior.

Diffinitio sexta

Angulus rectus est ille, qui duobus lineis formatur, una in plano posita, et altera in  
 perpendiculari situata super: et hoc solum est angulus determinatus, et perfectus in  
 omnibus edificijs. Describitur autem sic: Idest: sit A. B. linea in plano, quae  
 compartiri debet in duas partes B. D. A. notando punctum D. ubi vis formare  
 velueris angulum, et inde formata una pars  $\curvearrowright$  circum in A. altera extendens se ipsa  
 usque ad B. delineabitur semicirculum B. H. Et similiter A. a parte B. alterum  
 semicirculum A. F. et ubi se due linee intersecabuntur adinvicem idest in C.  
 ibi erit principium lineae rectae, quae cadet perpendiculariter super punctum D.  
 Ita quod pars C. B. erit semper equalis parti C. A. et pari modo angulus rectus.  
 B. D. C. illi A. D. C. quem proponimus demonstrare

Diffinitio septima

Circulus est figura plana una sola linea contenta vocata circumferentia in medio  
 eius est punctus C. a quo omnes lineae rectae per porgentes ad circumferentiam A. B.  
 sunt adinvicem equales: et ille punctus dicitur centrum circuli

Diffinitio octava

- Triangulus equilaterum formatur tribus lineis equalibus quae ipsarum extremis talibus con  
 giunguntur. N. M. O. claudendo superficiem P.
- Triangulus dictus Isoceltes formatur con duas lineas duabus lineis equalibus idest R. S. S. Q.  
 et sua R. q. inaequalibus
- Triangulus trium laterum inaequalium, dictus scalenon: formatur tribus lineis inaequali  
 bus T. V. V. S. T.

Diffinitio nona

Triangulus oblongior formatur angulo recto B. per partem B. A. B. C. simul cum latus  
 nati A. C.

sequitur



2  
Sequitur Angulus Triangulus Amblygonus, qui potest esse Trium laterum inequa-  
limum, et cum angulo recto E. per partes ED. DE. TE, quod est medietas unius  
quadrati lateris.

Forma G. dicitur Rhombus duobus angulis obtusi, et duobus acutis laterum equalium  
Diffinitio Decima

quadratum perfectum E. formatur quatuor lineis <sup>equalibus</sup> parallelis, et suis extremitatibus coniunctis  
duabus alijs lineis perpendicularibus ad angulos rectos cum angulis rectis ab unaqueque  
eorum partium

quadratum longum F. formatur duabus lineis parallelis, et suis extremitatibus coniunctis  
duabus alijs lineis perpendicularibus ad angulos rectos.

### Diversae Compartitiones circularum

Circulus FF. aut linea circularis, quo perfecto format rotunditatem corporum sphae-  
ricorum super eum centrum A. ducitur semper per medietatem, semper ducendo lineam  
C. B. ut transeat supra ipsum centrum eum, quod tantum erit spatium superficiei A. H  
quantum A. I.

Forma circularis perfectior est omnibus alijs. eoque formatur unice linea super cen-  
trum eum: ubi necessario circum circa ducitur equali proportione a eo puncto. quod  
non magis ab una quam ab alia parte distet ipsius centri. Et des omnes compar-  
titiones, quo fiunt ab ipso centro ad suam circumferentiam: erunt in se se equaliter.  
Et huius forma serviat nobis pro fundamento, et recte ducit in omnibus operationibus  
in formandis illis corporibus, aut superficieribus quae nobis occurrere possunt, et maxime  
in formandis angulis quos in sequentibus arcibus demonstrabimus. Et in primis  
pro faciliore proponemus velle a presenti circulo A. B. extrahere. siue formare  
quadratum perfectum: a quo poterimus prendere regulam compartiendo omnes alias for-  
mas diversorum angulorum. Debetis igitur compartiri supra dictam circumferentiam  
in quatuor partes equaliter. A. C. et B. C. ducendo lineas ab uno puncto ad alterum  
et sic habebitis formam quadrati supra dicti.

Et si volueritis formare formas et figuras quinque aut sex angulorum  
et aliorum sequentium: compartiri debetis semper ipsam circumferentiam in illo nume-  
ro partium, siue angulorum, quos volueritis: ducendo postea lineas eo supra dicto mo-  
do: et hoc appellatur: compartiri per practicam

Sunt etiam alij modi, et aliae regule faciendi tales compartitiones per theoreticam  
quales demonstrabimus non quia necesse sit illas esse scire illos, sed notabimus  
ut delectamenta geometrica: quando quidem vera: et iusta compartitione illa sit  
que fit in actu cum circulo per practicam. Et in primis ut describamur per  
eleganter, quod est figura quinque angulorum: formabimus circulum eius magnitudi-  
nis cuius faciendus erit diameter eius: quam proponemus quod sit C. D. diameter  
perpendicularis: et EF horizontalis: ita ut compartiatur eius circumfe-  
rentiam in quatuor partes equaliter: compartiendo postea unam e duobus partibus di-  
visi diametri in medium, quod erit in F. ubi firmabitur una extremitas circuli



ducendo alteram extremitatem usque ad circumferentiam medij in D., et ducen-  
do semicirculum E. D. Notabitur signum E. a quo ducetis unam lineam  
rectam usque ad D.; quod erit E. D. quae quidem erit una ex quinque partibus  
quintanguli quod debetis demonstrare

Comparitio sexangulorum facilius erit. quando quidem ex omnibus circulis descriptis  
circulis, sua circumferentia continet septies amplius, quanta erit eius apertura  
qua de cetero circuli postea nominabuntur sexies.

Septimus angulus, qui sequitur: reperietur: si cum eadem apertura circuli notabitur  
lineam B. C. in sua circumferentia: notando postea eius medietatem, quod erit in D.  
ubi quo ducetis lineam perpendicularem super eum arcum, quod erit A. D.,  
et replicata septies in circumferentia formabit figuram propositam septem angulorum

Poterimus etiam pro regula generali compariri qualibet circulum. in quot partes volua-  
rimus: id est: si voluerimus formare quinque angulos: compariemus primo circu-  
lum in quatuor partes aequales A. B. C. D., et postea compariemus circumferentiam  
unius ipsarum quatuor partium: quam dicemus esse B. C. in quinque. De quibus  
partibus, quatuor debent accipi quod erit in E: et debemus ducere lineam rectam  
E. B., quae erit una quinque partium totius circumferentiae: Et pro conclusione  
si volueritis sex, septem, aut octo angulos, et quot volueritis placuerint: semper con-  
diuidetis unam ipsarum quatuor partium arcus: in illum numerum angulorum  
cum quo volueritis compariri: Et accipiendo postea eorum quatuor ipsarum  
partium, ducetis lineam diametralem, quae semper erit una ex ipsis partibus  
cum quo totus circulus erit comparitus: sicut etiam videtur in parte  
illa E. D. per D. F. quae servit pro figura sex angulorum.

Et si voluerimus ab una data circumferentia, aut quod eo ex parte alteram aequale  
proportionalem, pro medietate minore. Id est: si circulo A. B. C. D. super centrum  
R. si voluerimus alium circulum ex parte, qui contineat medietatem eius superficies:  
ducetis lineam diametralem A. B. C. D. et latera quadrati ab uno puncto ad alteram  
sicut videtur: describendo postea secundum circumferentiam infra ipsum quadratum E. B.  
H. F. quod erit medietas primi quem volebamus monstrare: et si intra ipsum  
istam secundam circumferentiam ducemus quatuor lineas: formabimus secundum  
quadratum quod erit etiam ipsum ad dimidium primi, et similiter sexies circulum  
qui erit ad quartam primi.

A. Corpore circulari formamus, sicut dictum est angulum rectum, qui est vere animam  
omnium operationum quae fiunt: In in vobis instrumentorum geometricorum pro  
mensuratione, et in Architectura: in edificando aedificia publica et privata: cum  
ea maiori pulchritudine, et commodo, quod denderetur: Et ideo omnes forme  
sunt laterum inaequalium ubi possit formari ex una parte ipsum angulum rectum  
ponuntur ponunt medio illius proportionari, et mensurari.

Sicut cetera exempli ponimus videre per tres differentes angulos. Id est: Triangulo  
suis laterum aequalium A. B. C. reducitur in quadratum longum ducendo lineam  
perpendicularem C. H. supra basim A. B. Ita ut in H. formetur angulus rectus  
Et ducendo ipsam met angulo partem A. D., et D. C. equalem parti basim H. B. formabimus  
propositum quadratum longum A. D. C. H. ex quo sit aequalis basis D. C. illi H. B., et  
Triangulos H. B. Triangulos G. Triangulos F.

Sequitur.



Sequitur secundus Triangulus laterum inaequalium <sup>dest</sup> A. B. C. Ita quod:  
 Quia altitudine C. supra basim A. B. in duas partes aequales, quod erit, F. et  
 transportando partem, seu altitudinem F. C. ad capita ipsius basis. id est B. D. et A. E.  
 ad angulos rectos. duceudo lineam D. E. Formabimus quadrum longum A. B. D. E. equale  
 Triangulo dicto A. B. C. eo quod sit equalis Triangulus H. illi O. et H. illi I.

Et pro tertio, et ultimo. T. S. C. cum angulo recto S. cum sit C. T. diagonalis quadri-  
 laterum. S. C. in duas partes id est in S. et transportando S. C. in T. V. ad  
 angulum rectum supra basim S. T. duceudo S. V. formabimus quadrum longum  
 S. V. T. S. equale Triangulo T. C. S. eo quod sit <sup>similiter</sup> equaliter equales. duo illi Triangu-  
 li A. B.

Superest pro ultimo monstrare quomodo formantur in quatuor modis ovalia Trian-  
 gularia: id est cum triangulis, et quadrangulis, et circulis: Et in primis forma-  
 bilis supra basim A. B. duos triangulos laterum equalium. id est A. B. G. et A. B. C.  
 quia debemus facere C. centrum. ut possimus ducere partem circuli E. G. Et si  
 similiter. D. ut ducemus F. H. et B. A. per capita H. E. et G. F.

Sequitur simul cum duobus quadris R. S. ut formemus propositum ovalium: id est per  
 partem circumscriptione P. Q. faciemus centrum L. et pari modo per N. O. M.  
 et per capita P. O. et Q. N. R. S.

Et postea tertium cum tribus circulis per circumferentiam F. I. centrum autem  
 erit C. et per H. I. D. Capita L. I. F. H. fiunt ab ipsis circulis

Poterimus formare propositum ovalium simpliciter cum duplo funiculo sine ulla dicta  
 ram observationum circuloorum seu aut angulorum: Id est: Comparare supra  
 uno plano longitudinem ipsam, quam illi ~~duo~~ tribuere voluimus: causa exem-  
 pli: erit D. C. in octo partibus, e quibus accipiemus sex: que erunt A. B. relinqua-  
 to univique eorum capitulum unum. id est A. C. B. D. ubi figemus duos clavos A. B.  
 quibus dupliciter alligamus gabimus funiculum subtilem eorum capitibus. ita quod procedat  
 ita duplex secus et circa spatium A. D. id est partium septem: Accipiendo postea  
 alium clavum, et fixo in medio duorum funiculorum tenetis eos ita extensos ut descri-  
 batis lineam D. E. C. D. semper faciendo ut ipse funiculus curvat sic duplex intra  
 duos clavos A. B. quo funiculo poteritis formare ut placebit. supra dictam formam  
 circuli ovalium

Hoc est quantum ad presentem attinet in L. dicendum est circa descriptionem propositorum  
 Corporum geometricorum: et si quis voluerit clariore modo videre rationem talis  
 eorum proportionis simul cum requisi mensurandi: tum in superficie, tum etiam in  
 istis corpora: poterit legere primum, et secundum librum Cosmi Bartoli in materia  
 mensurandi: ubi inveniet distinctionem, et explanationem omnium suarum partium  
 cum multis alijs particularibus utilissimis. tum propter scientiam. tum etiam propter  
 practicam illius. quod requiritur.



# Regula Pro Formandis Plantis arcium cum suis Mensuris. Cap: secundum

Solent esse Regule non parvi iuamenti omnibus: propter magnam bonum: quod  
ab ipsis extrahitur: et maxime ab his: qui noviter operam dant fortificationis  
nobis: cum quibus modis (pro fabulari vobis): quia et illis ponderetur verum per  
amandum scientie, et simul: ut possimus memoria tenere partes notabiliores  
que requiruntur in operatione: et si adsit delectatio: quidem apprehendimus die  
tam scientiam illa maiori facilitate: que desiderari possit: et specialiter in compo-  
nendo, et describendo sequentes plantas: quandoquidem dependeat vobis a lineamentis  
et comparationibus: circuloz, semper quod videtur: proportio unius cuiusvis partium plan-  
tarum arcium, siue corporis baluardi: poterunt vobis omnes alias que fieri occurrunt  
augmentando, siue diminuendo illas: pro ut opus erit: quemadmodum nos loco dicemus  
Et in primis proponemus velle formare plantam unam: cuius arcus laterum equalium  
quem admodum erunt alie sequentes: deest quod baluardi sint equaliter distantes ad  
invicem: ubi necesse erit describere unum circulum supra factum, aut alia materia  
in qua voluerimus formare ipsam plantam: et illum circulum equaliter comparta-  
mus in sex partibus: quot erunt baluardi quos voluerimus facere: Et deo die  
mus nos describere: circuloz circulum: qui per diametrum  $AB$ : videtur cum linea  
motiva confecta punctis: qui circulus causa exempli intelligatur dividi in octo  
partes: ut formetur octo baluardi: que notabuntur per  $Le$   $R$   $s$  cum alijs sequen-  
tibus: et ductis lineis rectis ab uno puncto ad alium hinc formaverimus octo angu-  
los: supra quibus describere debemus suos baluardos, cum illis mensuris, et proportionibus  
que magis afferre possint defensionem, cum sit etiam necesse imprimis determinare  
speciem mensuraz: qua voluerimus formare, et mensurare totum corpus arcis: vnde  
ut accipiamus familiariorem: vtemur brachio florentino: siue passo vniuersali: qui  
passus continet  $Le$   $a$  dictorum brachiorum, et passus quinque pedes: sicut in duobus  
sequentibus denariis videtur: per  $AB$  mensura unius pedis vniuersalis: divisi in  
duodecim uncias, et per  $CD$  mensura dimidij brachij florentini: quibus mensuris  
nos mensurabimus et formabimus omnia designa huius presentis operis: Et  
postquam determinaverimus (ut dictum est) mensuram qua vobis voluerimus  
determinabimus postea mensuras defensionum, quas dare voluerimus ipsi arcibus  
Sic est: quanta oportuerit esse distantia a flanco, siue a latere) locus tormentorum  
ad frontem: siue ad acumen anguli inferioris alterius baluardi: qui contra se erit  
qui munitus esse et defensus ab ipsis tormentis bellicis debet, eo quod et sciat  
quod ab ipsa mensura pendet, siue distantia omnis perfectio, et imperfectio arcis  
quia grande perit facta cum nimis longa defensione: tormenta sita in lateribus  
siue flancis: non possunt facere illum magnam ictum: qui esset necessarius in defensio-  
nibus ferre, aut alterius materiz quas inimicus fortisset ut intrinsecaret vallum  
et caperet: Nec minus pervenirent pilas plumbeas a tormentis missas in sacculis  
ut possent offendere ipsum neminem: quem admodum e contrario: quando fit  
defensio nimis brevis et curta, preterquam quod oportuerit se edificari muros nu-  
meris baluardoz) latera eius siue flanci, oppositi essent ad ictus et pilas tormentoz  
propuoz, et consequenter laterales occiderentur: a parvis tormentis inimicorum qui ad-  
dicti epichent foras: vicium circa et contracarpam: et etiam platee baluardorum  
parue essent, cum nimis debilibus defensionibus, et eo magis faciundo ad proportionem  
parvorum flancum eius lateris: Tales effectus omnes iudicandi omnino sunt, volentes  
nos optime, et cum rationibus edificare, et maxime in planis, et in situ exponitis posten-  
tissimo inimico: sicut nos loco adducemus rationes omnium: Solum in presenti  
dicemus, quod dicta defensio a flanco ad punctum baluardi non vult esse minor  
ocentis, et octuaginta parvum, qui vnt brachia circa quingenta quadragesima  
Et se.



Et longiores defensiones fieri ducentorum ipsorum passuum: Et deo ~~hinc~~ nos  
 causa exempli formare supradicti octanguli, faciemus quod quilibet oculus ipsarum par-  
 titim sit centum, et octuaginta passuum: deinde comparhemus causa exempli R. S. in  
 noquam partes eguales, quae et unaquaeque ipsarum erit viginti passuum: cum quibus nota-  
 bimus scalam A. B. brachiorum centum passuum centum, et deinde comparhemus illa  
 in illas minores partes quae poterimus, et ad minus in decem, sicut videtur, et sic erit  
 iuncta et reat' realis mensura dictae plantae, cum la proposita defensione centum et octuaginta  
 passuum, quia sunt dicte ut vult dicte partes eguales R. S. circum circa suam circum-  
 ferentiam, et distantiā, quae debet esse a flanko unius baluardi ad punctum alterius  
 H. V. quae est longitudo ipsius defensionis: et cum debuerimus nos mensurare  
 proposita scala, et formare totum corpus arcis: dabi dabi spiritum faciemus a Baluar-  
 do: ut caput ipsius corporis, qui quidem formatur supra omnibus angulis hoc pacto  
 fdest: Accipiemus ab ipsa scala longitudinem passuum triginta: et accipiendo postea  
 sive brachiorum nonaginta, et figemus partem unam arcus supra angulo L, et cum  
 alia parte, omni ex parte notentur puncta G. H. quod erit latitudo gule baluar-  
 di, sive sui anguli interioris L. H. G.: et similiter faciemus supra omnibus angu-  
 li baluardorum: Accipientes postea parvam normam, sive radium geometricarum  
 ducentum lineam H. I. etiam ipsa longitudinis passuum triginta ad minus, quae decem  
 dabit super ipsum punctum H. et faciat angulum rectum supra linea, sive cochina  
 H. N., et similiter faciemus in altero flanko sive latere G. M., et supra omnibus  
 alijs angulis interioribus baluardorum: Quando semper utasprimas lineas et deli-  
 neando lapide delinearorio, ut possint corrigi: quando error esset in delineatione  
 et maxime, ut delere possemus illas, quae non sunt debent permanere deservit: atra  
 mento: completis desubis: sicut per lineas punctatas videbitur: Et deo, ut  
 formemus dictos baluardos, debemus semper sumere defensiones suarum frontium  
 magis de longinquo quod poterimus: id est in longitudine cochinae, et faciemus  
 hoc, ut amphotes faciamus defensionem ipsam: quia si accipiemus illam in medio  
 cochinae (quae modum potest fieri etiam in presenti octangulo, et eo magis in  
 alijs, quae sequentibus) talis pars cochinae (id est sua platea in hoc) faciet ipsum met offi-  
 cium, quod facit flankus: et maxime cum suo vallo, et foris in detegendo, et defen-  
 dendo fossa simul cum fronte baluardi: Nichilominus ut demonstremus, quanta  
 sit differentia in accipienda ipsa met defensione, a tertia, sive media parte ipsius co-  
 chinae: Formabimus in presenti uos baluardos extractos a tertia portione: id est  
 comparhemus ipsam cochinam unamquamque cochinam in tres partes: sicut videtur  
 per H. H. in P. O. ubi postea posita regula supra punctis O. et in fine lineae flan-  
 ci I. aliam ducentum que in infinitum habet suum procerum: Et similiter ab  
 altera parte ducentum Z. M. et ubi sese intersecabit supra prima q. ibi erit  
 angulus inferior, sive punta baluardi M. q. i.: et ut formemus scapulas  
 ad operiendum, et protegendum partem illam flani, ubi situantur debent formantur  
 bellica: comparhemus lineam M. G., quam diximus esse triginta passuum) in tres par-  
 tes: ex quibus duas dabimus, et accipiemus pro crassitudine scapularum, quod erit  
 M. V., et aliam pro latitudine flani V. G., et ultimo, formabimus, ut possimus  
 baluardum claudere semicirculum X. G.: Sed accipiendo defensionem a dimidia  
 parte cochinae, sicut per V. T. videtur, formabimus angulus I. Z. sicut aliquantulum  
 acutior, altero primo: poterit tamen fieri, et eo magis, quam cum edificaremus ar-  
 cem cum ducentis passibus pro defensione: ubi esset contra scarpā defensa, et munita  
 a flanko: quod fieri non possit in defensione extracta a tertia portione cochinae  
 sicut videtur per ~~num~~ G. 3., quod foris debet formari hoc pacto: id est: fiat  
 laequm contra angulum q. baluardi triginta passibus, quod erit d. et si potest



fieri ~~quod~~ quod contra scarpa ~~non~~ defendatur a fianco ducentis ad tale  
 rectitudinem suam: sed si non potest fieri: faciemus saltem parallellum fronti  
 que g & ita quod pars dummodo pars M # non sit angustior illa: q & d, quod  
 esset maior imperfectio, quam si esset talis pars detecta, cum sit munita, custodia, et  
 defensa ab alijs plateis sive propugnaculis et vallis superioribus.

### Planta septem angulorum caput Cœlium

Si voluerimus formare septangulum, sive arcem cum septem baluardis: pote-  
 rimus absque ulla mutatione (preterquam quod accipiamus defensionem a media  
 portione ipsius cortine) uti precedentibus mensuris superioris assignatis octo angulis  
 eo quod ista forma sit composita angulis qui appellari possunt obtusi, sicut erunt  
 supra septimum omnes: propterea quod in septimo, et in quinto qui sequuntur inferius  
 baluardi ipsius off. fierent nimis acuti, et frontis nimis longe: quod afferret non  
 parvam imperfectioem ad ipsam arcem, et ides ad hoc assequendum describatur supra  
 centrum A. circulum B. D. comparatum in septem partes: sicut videtur pro-  
 ponendo velle facere longam eius defensionem, id est a fianco ad portam sive frontem  
 baluardi oppositi paruum centum octuaginta nonaginta, et cum formari debeat eius  
 scala: comparatiemus unam ipsarum partium septem partium, in decem et novem, et  
 una ita queque ipsarum erit passus decem: quia multiplicatus decem vicibus numerus  
 decem novalis: fiet centum nonaginta quod est defensio iam proposita: cum qua nota  
 binus ab una parte, sive in medio plantę scalam S. T. paruum centum, quod erit  
 decem parte ipsarum partium: et si volumus formare baluardos: notabimus  
 in duobus lateribus angulum inferiorem rectum flancu F. H. et I. R. supra cortinam  
 P. 1. prosequentes cetera cum iam dictis mensuris, atque proportionibus.

### Planta sex angulorum caput quadratum

Si Arx erit edificata cum sex baluardis, et quod longitudo eius defensionis de-  
 beat esse brachiorum quingentorum quingenta: oportebit, ut nos compara-  
 mus unam unam partium que curra exempli erit A. B. in undecim  
 et unaqueque erit brachiorum quingenta: Ita quod cum quatuor ipsarum  
 partium poterimus sufficere scalam brachiorum ducentorum: et ut formemus  
 baluardos: proponemus velle accipere defensionem a quarta portione cortine  
 quod erit F. O. describentes frontem G. licet possit etiam accipi dicta defensio  
 a tertia portione P. g. formando frontem H. et suraretur spatium P. F. ubi  
 possemus ponere amplius tormentum unum pro tali sua defensione: Nichilominus  
 Angulus H. fieret aliquantulum nimis acutum: sed cum volumus edificare  
 illam partem visam ab inimico cum simplici terra, et aliquantulum circulearem  
 pro sua maiori securitate: poterit fieri ut sit nimis aliquantulum acutus, et eo ma-  
 gis quando murus eius inferius erit operatus, et lectus ab altitudine contrascarpe  
 sicut suo loco dicitur.

Planta ultima quinque angulorum cap. quintum  
 Hanc Plantam possumus nominare ultimam earum que fortificari debent: quando  
 quidem forma quadrata, et maxime triangularis: propter ultimum corpus for-  
 matum tribus lineis non possunt, neque debeant fortificari: Si tamen  
 non accideret s. edificari aggeres, et valla campestria sive campalia ex simplicibus  
 terra confecta



Cetera confecta causa impediendi humiditas viarum, et fluviorum. dum volumus obide-  
 ra aliquam arcem, siue murum situm vnum montuosum. non expositum nisi mani-  
 bus inimicorum: et non tormentis: sicut in fine secundi libri demonstrabimus. Et ut  
 firmamus. Tunc quintum angulum: proponemus velle fieri duas defensiones longitudi-  
 nis brachiorum quingentorum, et viginti: licet quanto magis erunt longiora in angulis  
 acutis: tanto magis poterunt fieri platese latiores: et se frontes baluardorum obtusa: sed  
 non per hoc debent esse maiora longitudinis: quam brachiorum sexaginta, aut paruum ruce-  
 lris: sicut dictum est. Ideo formetur scala: qua debet compari vnam laterum  
 dicti anguli in partes tresdecim, qui sit designatus. A. B. et unaqueque ipsarum erit  
 brachiorum quadraginta. formando suam scalam. quantum postea ad formando ba-  
 luardos, attinet, et evitare ne sint nimis acuti anguli: quod per natura propria ap-  
 portat supra scripta forma. poterimus ducere primam lineam flancu C. F. brachio  
 rum octuaginta graduum id est paruum viginti octo: et sumere suam defensionem a portione  
 quinta que erit P. R. q. c. formando frontes F. S. D. supra angulum interiore A. C. E.  
 Sed debemus nos animaduertere, et cavere ne unquam angulum faciamus flancum nisi  
 necessitate coacti, cum opus sit ipsum fieri paruum longiora, et dictum est, ad hoc ut  
 possimus optulere omnia illa per beneficia: que dicentur in sequenti dialogo.

Compartitionum circularum, et proportionum, que inveniuntur  
 in diversitatibus angulorum. Caput sextum

A. Proportio ipsa, que invenitur in compartitionibus corporum sphericorum formatarum  
 vna simpliciter linea descripta circum circa suum centrum, semper poterimus extrahere  
 absque ulla errore proportionem cuiuscumque alterius corporis, aut superficie, pendente totam  
 a compartitionibus sphericis ab ipsa sua circumferentia, quia cum sint equales, vel inaequales  
 inter se, erunt necessariis, in debita proportione omnia similia, que ab ipsis se orientur  
 licet maioris, aut minoris magnitudinis, ut magis placebit, conforme tamen totum mensura  
 scale, que fiet in firmendis designis, aut in conficienda opere in esse scala: Et quia in pre-  
 senti occurrit nobis tractare de diversitate angulorum, qui possunt fieri in fortificationibus:  
 in praesentia supra baluardis: necesse erit habere cognitionem diversitatis, que in sex ipsos  
 reperietur, et nosse per theoreticam perfectiones, et imperfectiones, que possunt offerri in actu fra-  
 ctio: Et ut hoc possimus consequi formabimus dictum circulum supra centrum A. ita quod  
 sua circumferentia sit C. D. medietatem cuius compartiemus in centum octuaginta gradus,  
 quod erit illa pars zodiaci D. B. C. que est super nostram orientem: et compartiendo dimidia  
 illam circumferentiam in tres partes, et ducta linea ad suum centrum: habebimus formatam  
 triangulum laterum equalium, notatum per 3. quod erit A. F. C. id est graduum sexaginta  
 super ipsum orientem C. D., et dividendo ipsum in duas. formabimus quadratum simul cum angulo  
 recto notatum per 4. quod erit A. B. C. graduum nonaginta, et quintus angulus erit A. F. C.  
 A. C. H. graduum centum octuaginta: sextus angulus erit A. C. I. graduum centum viginti: septi-  
 mus A. C. L. graduum centum viginti et octo, et octavus A. C. M. graduum centum  
 et viginti quinque, et quantum postea ad nonum, decimum, et alios sequentes. poterimus  
 tali ordine compartitionum, et numerorum, scire formam et naturam omnium ceterorum qui  
 nobis evenire, et accidere possunt, Sumendo semper in ultimo: sicut cum duabus suis lineis  
 tantis obtusi, quod vult officiat in vnam solam rectam, et equalem dicto suo orienti  
 quod erit in fine graduum centum octuaginta: poterimus etiam videre in altera parte  
 subter ipsum orientem C. D. angulos extractos a tota circumferentia ipsius circuli, et notatos  
 suo numero, id est a quinto usque ad quatuordecimum equales ut propriis variis, primis superioribus  
 dictis: medio quorum et supradictorum graduum: poterimus semper cum fundamentis, non solum  
 in disputationibus, sed etiam in operationibus determinare defensiones arcium absque ulla  
 errore.



Instrumentum pro sumendis angulis, et transportandis  
in diuersis magnitudinibus. Caput septimus

Est instrumentum propositum, norma, siue radius geometricus mobilis, sicut in sequenti designo per  $A, B, C$ . uidetur: que norma debet effi. auricula, et multa cum dili. cura, et diligentia eo fabrefacta: id est facta cum duabus normis siue regulis ad instar  $C, E, A, B$  simul iuncte in extremitatibus, aut centro  $A$ . ubi aliquodhunc longe debet ponere debemus semicirculum  $D, E$  compartitum in centum octuaginta graduum qui erit equalis supra descripto: ubi poterimus videre omnes angulos, sicut dictum est, et uidetur in presenti designo: sed oportet, ut caueamus, quod caput semicirculi  $E$  sit firma immobiliter in  $q$ . crassitudine partium  $A, B$ . et alteram partem  $A, E$ , et alteram  $A, C$ . faciemus ut transeat per vacuum  $B$ . ita quando dilatantes et aperientes partem  $A, C$ . discurrat ipse semicirculus usque ad finem sui capitis  $D$ . et cum sit  $A$  centrum et  $A, D$  medietas diametri  $D, E$ . Proportio quam habet angulus  $A, B, E$  in aperiendo, et claudendo partem  $A, C$ . eandem eandem semper erit eius  $A, B, C$ . cum ibi sit eadem differentia magnitudo instrumenti, quod ostendit angulum maiorem, aut minorem in forma, licet secundum proportionem suarum manuarum idem semper sit: et in occasionibus commodum nobis erit  $\dot{\bar{p}}$  transportandi designa. e magnis in parua, siue a paruis in magna: conformia ad ipsas mensuras, ita quod nobis non sit necesse aliud scire quam numerum graduum eius basis  $E, C$ . quod sine ulla errore monstrabit nobis forma anguli contenti supra dicto. centro  $A$ . ut poterimus transportare ab uno designo ad aliud, aut ducere funiculos unius baluardi, aut totius corporis arcis quam uiderimus edificare in designandi suis fundamentis: et causa exempli dicemus uelle in presenti formare angulum rectum et ide. aperiemus, et dilatabimus partem mobilem  $A, C$ . usque ad signum  $I$  ita quod ueniat supra lineam  $A, I$  id est usque ad finem nonaginta graduum, et habebimus formatum dictum angulum rectum  $A, B, I$ , quemadmodum etiam aperientes eam usque ad  $R$ . graduum centum et octo: incipiendo tamen numerationem nostram a parte  $E$ . habebimus quidam angulum, et in  $S$ . septim: et tali ordine poterimus perficere omnes alios qui occurrunt, potentes ualentes nos uia numerorum scire formam, et naturam eorum angulorum ut possimus eos recte, et bene edificare.

Quomodo debeant formari platee et defensiones  
Arcis. caput octauum

Ut possimus formare partes interiores, arcis: ostendemus duos sequentes baluardos qui erunt equaliter octangulo dicto superius (licet maioris forme) et hoc ut possimus uidere magis distincte mensuras, et proportionem earum platearum, et defensionum: et maxime illos flancorum ubi debemus situare tormenta: et quidem ut partes magni et imo maximi momenti non poterimus ubi tanta cura et diligentia, que sufficeret, cum sint isti oculi baluardorum, qui sunt caput corporis arcis: quia si amiserimus illos, aut nobis erunt in periculo: non poterit aliter ipse baluardus delegere, et uidere inimicos ut illos offenderet. Unde poterimus nos assimulare ipsam met arcem corpori humano, quod proportione naturali formatum cum fortissimis et robustissimis membris semper habet magnam uirulentiam ut se defendere possit: et pro eo intelligemus nos baluardum esse sicut caput, et flancos tanquam oculos: plateas tormentorum ut brachia: et cochinas et corpora capax ut possit continere in ha. se omnes partes interiores et necessarias ut possit in uita peruenire, et ultimo, exitus siue cothinas aut portas erunt ut pedes: quia propter dolo tantum corpore tali tanto spiritu et flatu, qui illi sufficiat pro conseruatione suarum uirium, quod erit ille numerus militum, et munitionum, quod nos loco dicemus) recipiet maiorem suam per sectionem. Et ne orremus maligna parte informando ipso corpore: oportet, ut nos nosipso gubernemus secundum non solum eam ratione, et proportione naturae arcum: sed in etiam eam experientia offensionum et damnorum acceptorum a potente inimico contra que preparando ante defensiones. facile nobis erit eo ut ipsum corpus conseruamus. Et ne uideamus illo modo obseruati, ab illis qui protoribus temporibus munierunt tanta impetu



tanta impensa. et parva defensione, et maxima contra gravationes formentorum  
 Nec minus observabilibus tantis, et tam diversas opinionibus ab auctoribus scriptas  
 sed tantum accipimus unam solam meliorem: sicut de hoc loco adducamus rationes  
 in dialogo posito infra istius libri: Licet pro ordinario seculat magis credi illi, quod  
 sit auctoritate unus, quam ei quod fieri debuerit experientia, successuum  
 Nilominus Soms prudens debet temper accipere bonam partem, et sine ulla passione  
 permittat se duci, non ab usibus, sed tanthmodo a Ratione. Et ut describamus partes  
 interiores propositae areae: formamus dictos duos baluardos A-B. unam latitudinem  
 sui fossi, et contrascarpe M-O. et in primis ut ostendamus, quod crassitudinem quam  
 habere debet murus circum circa ipsos baluardos, et coehnas, ducemus secundam li-  
 nearum unam parallellam primae, quam diximus in describendo dictis plantis, et longe  
 ad plus habet brachij, quia tantum proponemus esse crassitudinem muri, et  
 ut formemus postea flancum: ducemus lineam I-E. parallellam parti extrinsecae  
 N-O. et longe brachij viginti unus: quod erit crassitudo pinnarum magnarum, quae  
 debent tegere et protegere fenestras formentorum I-F-D. cum tota platea R-L: et ut  
 possimus facere ipsas fenestras formentorum debemus animadvertere, quod formenta  
 plateae I-E. ipsius flancii non debent detegere, et videre aliud quam latitudinem fossi  
 quae erit pars opposita contrascarpe M-L. Ites formabimus prius illam propinquam  
 coehnas: ducendo lineam signi I. ut terminetur in angulo contrascarpe M. sicut per  
 punctationem designam videtur, notando solum illam partem, quae erit in crassitudine  
 pinnarum magnarum: Postea ducemus unam secundam lineam versus scapulas  
 longa a prima circiter tria brachia, ~~et sic~~ quae se se intexerent supra medium  
 ipsius primae tantum, quod detegat longitudinem coehnas: et sic formabimus fenestram  
 hinc formentorum I-N. lata in ore ex omni parte ad minus uno passu, aut conforme  
 ad quantum opus erit: pro detegenda dicta parte contra scarpe M.: et in medio ubi  
 ipse lineae intersecte erunt, dilatabimus ad plus duobus pedibus, quod erit latitudo sui  
 oris, et similiter faciemus in formando secunda fenestra formentorum in medio situata  
 id est prima linea F debet respicere, sive detegere ipsum dicti angulum M. secunda  
 quae erit in medio debet detegere dictam latitudinem, et ad minus medietatem longitudinis  
 coehnas: et pro tertia et ultima fenestra formentorum prope scapulas, debemus ducere  
 lineam D-G. respicientem angulum q. baluardi A. ad minus decem passibus infra  
 scarpam superiorem quae erit in D. quia debet deprehendere oris G. et flancii termina-  
 ri ad signum P. et facere os ipsius fenestras formentorum extrinsecae G ad minus latum  
 uno passu, et ut possimus a parte lateri intrinsecae E cum formentis detegere  
 similiter medietatem coehnas. cum fronte baluardi oppositi, et solum terminare illam  
 ubi est signum H: ut angulus q. remaneat cum spacio. q. H. et quod alitudo forre  
 pleni detegat dictam fenestram formentorum post retractionem usq. scarpe. Ad hoc  
 quod plantatio inimicus formentorum foras contra hoc est extra contrascarpas tanto spa-  
 cio latitudinis fossi contra signum L. non possit detegere ipsam fenestram formentorum  
 G. quod nunquam debet ab ipso fieri fossa. quia ipsa est, quae temper conservari debet  
 pro defensione fontis P. q. in excavatione formentorum, et in offensione ipsius se inimici  
 quando cum lignis subter ipsam appropinquasset. et eadem similem effectum  
 facere debet fenestra formentorum quam facere debemus in turri super scapulas  
 Si postea valimus ejcere et omnino <sup>propere</sup> punire formentis et talis fenestras formentorum respec-  
 tum illum contra scarpe. om. hoc poterimus consequi saepe diverse, confirme tamen  
 natura angulorum, supra quos munitur si tamen non vallemus facere fossam angustam  
 contra scapulas, et latam versus fontem et partem baluardi: quod quidem multis de  
 causis non bonum fore: quoniam in hac planta specialiter possimus ab ipsis for-  
 mentis formentorum et flancii ejcere et fugare inimicos: si tamen fontes suorum baluarum



dorum sumerent defensionem a medietate archae. sicut diximus posse fieri, et videtur  
 per angulum g. duorum linearum frontatarum. et ut clarius videatur etiam  
 inconueniens, quod sequeretur quando voluissimus facere semper quod contra curuosa  
 erit parallela; scilicet id est quod M. O. erit detecta a fianco. ita quod ponent  
 sua fenestra formatorum respicere, et detegere angulum O. Sicut quod necesse esset  
 facere trachum 1. O. X. et inuicem in hanc notabilissima inconuenientia: quia hoc  
 est: in primis dilataretur ad duplum os fenestras formatorum N. secundo: debi-  
 litarentur nimis pinne magna T. et tertio et ultimo quod esset maioris ponderis  
 daretur <sup>commodum</sup> inimicis: quod cum staret oportet a et uerius in longitudine reuolui  
 contra uerpe, et latitudine explanati X. M.: ponet paruis et medio: ubi formanti r  
 occidere: Libratores: et cum magnis formantibus posse obtinere maiorem aditum et como-  
 ditatem: percutiendi, et destruendi fianco: cum possit plantare ita prope, et cum  
 tanto maiori spacio: unde manifeste uidetur, quod erit inconuenientem maximum  
 absque ulla utilitate. maxime cum possit talis paru contra uerpe detegi, et protegi  
 ab alijs uallis, et plateis superioribus, ut dicitur infra. Et ut reuertamur  
 ad structuram ipsius plantae: debemus animaduertere: quod in formanda crassitudine  
 duorum primarum magnarum TV.: prima signata T. debet fieri in triplo q. crassiore  
 altera V. ut illa quae est uicior, et magis exponita inimicis, et uis offeruonibus.  
 et ideo in formanda platea ipsius fianco debemus ducere ut dictum est lineam intrin-  
 sica E. I. quae quidem longior esse debet illa extrinseca N. O. ad minus braccijs nouem  
 dest. sex ad minus intrinsecam ut fiat angulus I. et tria uerius scapulas E.  
 Et hoc fit ut libratores. habeant in tali loco spatium commodum habitandi, et portuachan-  
 dis: in formanda instrumentis necessarijs: latitudo totius plateae K. E. fiet ad  
 plus brachiorum tridua, et latitudo ex altera parte L. K. erit quadraginta sepe  
 eo quod longior ducitur linea I. L. in capite L. cum potius ducta antea esset  
 ad respectum directum anguli M.: ut capra formatorum non percutiat se ipsam in  
 retractione quam facit, in ueris.  
 transit subter terra plenum, latitudinis brachiorum nouem. et ultimo exitum uiae porta  
 R. S. quam faciemus supra ipsum planum plateae ex quo descenditur in forum per  
 directuram ipsius gule B. C. post ab alio erit introitus K. S. et in foris in R.  
 erit exitus cum porta B. subter fenestra formatorum, et in magis lecto loco arcis.  
 Per quem exitum oportet ut possint transire non solum equites: sed etiam magna hu-  
 menta. pro necesse est quod ut commodius lata facilis et curuosa uia: ut possimus  
 consequi beneficia illa maioris ponderis: ut est posse exire in omni occasione foras  
 et intra arcem pro defensione fori. Et quando formate fuerint fenestrae forme-  
 torum: uis plateae <sup>lat</sup> exitus: ducemus lineas parallelas longe duobus braccijs: quod erit  
 crassitudo muri. qui circumire debet ipsas plateas ut fulciant terra plenum: Et hoc murus  
 platearum, et uis uiarum subterranearum sine operarum, debemus facere in  
 fianco edificialis cum duabus plateis: dest. alta, et infima uel inferiori: quoniam  
 isti nullis nequaquam placeant, credentes magis esse utile, et minoris impeme: facere  
 tantummoda unam istam: et ideo debemus eligere meliorem opinionem: cui semper  
 me. remittis,

Quomodo debemus designare Plantas arcium - quae ostendant scire  
 primum mixta et terra plenum: et cum crassitudine suorum  
 antepetrium caput. nonum  
 Inter omnia designa, et specialiter illa quae maiori facilitate in formandis  
 arcibus ostendant omnes suas partes. apparentibus, et claris mensuris: semper  
 erunt magis laudata. Intelligentes pro suis partibus. primo fundamentum  
 postea



postea tota scarpa. que est in erit in altitudine, et crassitudine murorum, et defen-  
siones terræ. cum qua demonstrationes videbimus interinsice etiam omnes effectus  
quos facere debet ipsa met' ex antequam edificaretur. debet quante erunt longe defen-  
siones, et magne platese, et quantum consumitur ex retractionibus quas faciunt  
altitudines murorum, et terraplenorum, que facta sunt ad modum scarpe. in qua re  
multa decepti sunt. quia edificata usuerunt secundum mensuras plantæ. ante sine  
preius providere contractionem murorum platearum. que in fine remanserunt defectua  
unde necesse fuit postea denuo reedificari ipsam scarpam. aut ut evaderetur inuolua-  
ni omni duplicatis impensæ, alia reedificari maiore formando murum, et terraplenum  
cum parua scarpa et ruinosa. Sed si bene, et optima formemus illam plateam  
et cum rectis mensuris: poterimus potius potestatem semper ante providere omnia  
inconuenientia: sine ulla errore in perfectæ opera. cum illa maiori facilitate  
que deiderari possit: maxime cum posimus scala mensurare omnes suas partes  
etiam minimas: et ad ea faciendum: formabimus supra ipsum baluardum  
supra angulum interuorem A. (con una ista linea) sicut diximus in primo capite.  
Et in primis debemus scire, quod duobus principalibus possumus formare duobus  
quibus voluerimus ostendere et demonstrare plantas arcium. Dicit: quod monstrant  
me nunciat in fundamento: supra plano fundi fossi. sicut ostendit detegum. Secundo  
quod monstrant ipsas suas mensuras supra planum situs: quantum ad primam  
sicut utatur pro maiori facilitate: nihilominus si usum designare plantam arcis  
nō supra planum fundi fossi cum nō sit adhuc ostensum: sed supra plano situs quem  
debemus ostendi: possemus in assumendum talis mensuris in fundo. incurvere  
in aliquod inconuenient: propter illud, quod amplius occupat scarpam muri. facienda  
sub plano ipsius situs. quoniam talis diuersitas occurrat salum. pro quanto propter  
illud quod occupat laltitudo flancu, et grossities scapularæ: Dicit accipiendo suas  
mensuras in imo in plano fossi, et non supra situs. Dicit flancus. es magis dila-  
tatur quantum erit scarpa cooking, et illud directum scapularæ: et similiter ut  
ipse scapula essent angustior et quantitate dictæ sue scarpe quantum postea ad fon-  
tem baluardi, et sue cooking. Sic conseruantur una et eadem proportione: contractio quia  
contrahitur superius et dilatur inferius equaliter. Et deo tempore debemus termina-  
re. Sui mensuras supra planum situs. ubi designanda erit Arx. Et ut obseruatur:  
